

rum binis his symbolicis verbis, SOLVE, COAGULA, ingeniosè determinare confueuerunt.

*Chymici  
Medicorum  
administri.*

Ex horum iam dictorum Chymico-rum scholis progressi sunt ij, qui aliorum tendētes, resolutorum metallorum indicio, vegetātia quoq; & quæ ad medicum vsum facere videbantur omnia, eodem operādi modo diligentius per-scrutati sunt: cumque alias Medicina, paucis immutatâ diuersorū remediorum materiâ vteretur, ipsi ad viuum re-fecantes omnia, purum ab impuro exi-miè discludentes, id effecere, vt q̄ prius Vetus medicina Græcorum & Arabum à multis seculis obtinebat, specioso p-parandorum remediorum auctario ce-lebriorem, Nouæ medicinæ glorioſo cognomine insignirent. Quamuis, vt o-stendemus, tam exiguo vtrinque discri-mine diuulfæ sint ambæ: vt nō satis mi-rer, quo pacto, qui Chymicorum no-mine superbè gloriantur, à Galeni & Hippocratis scitè iactis fundamentis, temerè recesserint: vel qui hucusque Græcorum & Arabum vestigia presse-runt, solo me hercle Chymicorum no-mine